Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



maris sonantis. & tumultus turbarum sicut
sonitus aquarum multarū sonabunt. Sonabit
populi sicut sonitus aquarum inundantiū.
& increpabit eum & fugiet procul. & rapietur
sicut puluis montium a facie uenti. & sicut
turbo coram tempestate. intempore uespere.
& ecce turbatio. in matutino. & non subsistet.
Hec est pars eorū qui uastauerunt nos. & sors
diripientiū nos. Supra legimus sub nomine
damasci uo- cationem gentium & abiecti
onem iudeorum. & per apostolos atq; in aposto
lis paucorum de iudeis credentiū electionē.
& quoniam ad comparationem totius mun
di & uniuersarū gentium parua pars popu
li credidit xpiani. de quibus supra dictum e.
& reliquie syrie sicut gloria filiorum israhel
erunt. multi enim uocati & pauci electi &
non est omnium fides. nunc consequenter
infertur. non plane uis. sed ue his gentib' que
credere noluerunt. & persecute sunt populu
xpianum. comparantur q; undarū molib; &
frementi mari. & quantū in se est cuncta opp'
mere & occupari cupienti. Sonabit enim popu